


DE
EXTERNIS AEDIFICIORVM
ET SPECIATIM
CVRIAEL VLMENSIS
ORNAMENTIS

PRAEFATVS
AD ORATIONES IN GYMNASIO HABENDAS
OBSERVANTISSIME INVITAT
M. GOTTHRADVS HAFFNERVS,
GYMNAS. CONRECTOR NEC NON PHYS. ET MATHES. P.P.

VLMAE
AERE WAGNERI.



Q. D. B. V.

Omnis artes atque scientias, sic etiam Architecturam ciuilem seu ha-
buisse primordia, nemo est, qui dubitet. Necessestas enim statim pri-
mos orbis terrarum incolas impulit, ut casas atque domos struerent,
quibus corpora et bona sua contra aeris tempestates atque rapacita-
tem ferarum tuerentur. Antiquissimum hunc struendi casas, domos
atque urbes modum comprobant sacrae litterae. Ab initio quidem contenti fuerunt
simplici structura, nec ornatus domiciliorum ipsis curae fuit; Simplicissimae enim
vitae rationi satis respondebat simplex struendi casas modus. At mox luxus coepit
pullulare, cum non solum domos atque aedificia magnae molis atque pretii struere
cooperint potentiores, sed quoque ornatus, quos vel natura, vel fitus regionis,
vel ingenium hominum suppeditauit, advocarunt, quae res ipsis ad famam gloriae
videbantur insigues. Huius luxus clarissimum exemplum memoriae prodiderunt
sacrae paginae, referentes. Babylonios turris altitudinem ad coelum usque exten-
dendam mente complexos fuisse, quam stolido quidem conatu, architectura civilis
docet. Licit uero ornamentorum species apud uarias gentes variae fuerint, in hoc
tamen conspirare uidentur, quod Symmetriam et Eurythmiam essentialem cuiusvis
aedificii ornatum iudicauerint, quam utramque corporis humani structura facilime
docere potuit, cum illud omnis perfectionis summum sit exemplar, quo perfectius
non

non inuenitur. His uero mox accesserunt ornatus arbitrii, pro cuiusvis gentis
ingenio atque opibus variantes, quos tamen omnes ad utramque hanc Symmetriam
atque Eurythmiam legem componebant, ut nempe mensurae laterum, distantiae co-
lumnarum, ianuarum aperturæ, reliquaque partes naturalem quasi oculis spectandam
exhiberent proportionem atque iucundissimam partium conuentiam, cuius exemplar
nitidissimum praebet Salomonis palatium, atque templum, de quibus Vilalpandus
et Haffner refferus in suis scriptis solide egerunt. Praeter hos ornatus aedificiorum
essentiales mox arbitrii alii innotuerunt, dum et parietes ornamenti condecorare
studuerunt. Huius ornamenti externi meminit scriptura sacra in II. Reg. XX. 9. 10. 11.
Ibi enim horologium in palati regii pariete inscriptum fuisse legimus, quod meridio-
nale verticale fine dubio fuisse uidetur, cum in hoc sola optio Hiskiae locum habere
potuit, quod ex circumstantiis optionis patet, ex quibus Joh. Bernh. Wideburgius,
olim Academiae Jenensis decus, in Mathes. biblicae specim. III. hoc demonstrauit.
Qui mos delineandi horologia Sciaterrica in parietibus transit ad alias gentes, cum
ad communis usus commoda fuerint, a quibus et nos accepimus, cuius moris
testigia in aedificiis tum publicis tum priuatissimis urbis nostrae patriae, imo etiam in
pagis deprehendimus, quorum plurima seculo superiore a Bachmaiero nostro rerum
mathematicarum peritissimo fuerunt delineata, quorum numerum atque species beat.
Honoldus, Gymn. Prof. memoriae prodidit, quod scriptum iure emtionis ad manus
nostras pervenit, ex quoclare patet, multa horum, cum nemo curaret, oblitterata
et de industria deleta esse. Et si quandoque quaedam renoventur, et ab interitu
vindicentur, tam rudi saepius penicillo delineantur, ut inde parum ornamenti atque
decoris aedificii parietibus accedat. Si inquiris in causam huius neglectus, satis
erit respondisse, pauci huius artis sunt aestimatores, cum tamen veri temporis men-
sura ex illis solis innoscere possit. His Ornamentis parietibus inductis in praefen-
tiarum iungere placet aliud, quo picturis uariis et parietes et fenestras exornarunt
Veteres, cuius ornatus in templo nostro summo et aedificiis publicis deprehenduntur
testigia, eaque excellentia, quae satis confirmant, Maiores nostros artis pictoriae
et aliarum artium aequos fuisse existimatores. Curia enim nostra olim picturis pa-
rietibus inductis prae aliis multis superbire potuit, cum, quantum nostra aetate ex
illis supereft, ex situ personarum et colorum electione et compositione colligere
liceat, eos peritissimos accessiuissime artis magistros, qui colores in ferrumine caemen-
torum recente inducto perita manu pingere didicerunt, quam artem dicit Fresco mal-
len vocamus. Has igitur picturas, quibus parietes Curiae nostrae olim inclaruerunt,
cum ob vetustatem, quae opera manu facta paulatim exedendo perimit, ab interitu
haud procul absint, ab omnimoda oblivione vindicare animus est, quam operam
ut opinor, nemo vitio vertet, cum ex ipsis illis animorum character et summa
Maiorum in administranda republica dexteritas, iustitiae et aequitatis amor eluceat.
Tantum igitur abest, ut picturae vetustate consumtae Curiae sint dedecori, ut potius
sint indicium Maiorum in artes liberales amoris atque fauoris laudibus celebrandum,
quod enim vetustate sint consumtae, id convenit cum artis huius ratione atque natura.
Curiae itaque, qua uersus Orientem spectat, paries oculis spectandam exhibet histo-
riam Creationis et hominum primaevorum atque animalium, addita inscriptione:
Gottes Weisheit: Ratio picturarum electae appetet ex subscriptionis quibusdam uerbis-
moralibus (a) Euch uer Gottes Recht, Euch all' librigs Zufallen secht.

(a) Quae hauiimus ex eleganti monumento loco publico adseruato, quo
Curia Scenographice delineata exhibetur, quaeque conueniunt cum antiquo
Chronico, in quo eadem uerba leguntur.

Hanc picturam excipit alia, qua sistitur historia filii immorigeri atque heretoris, quae ex sacris cuius nota est: Inscrifitur: Eigen erkanntiss, ad pedem picturae adiecta subscriptio declarat pium Maiorum in Deum animum, cuius morale hoc: Ach Lieber vatter mein, Gott wollst mir gnädig seyn, Im himmel und für dir, Ich sind gehan vergib mir; Tertium spatium oculis spectandum obicit iudicium Salomonis, quo primum de puer morte correpto litem sapienter composit, cum addita inscriptione: Gerechtigkeit: Subscripta verba respiciunt sententiam a Salomone latam: Quarto spatio conscienda exhibetur historia Jobi ex sacris satis clara, cum inscriptione: Gedult, subscripta uerba historiam explicat. Quinta pictura ob oculos ponit historiam viri Samaritani, qui miseri ac lacerati hominis Judaei misericordia captus fuit, cum addita inscriptione: Liebe, et subscriptionis monito morali: Christi lieb füll dein herz, Lieb erfüllt das ganze g'setz, etc. Sexta repreäsentat historiam Davidis, cum Goliatho certamen ineuntis: Inscriptio legitur haec: Hoffnung, subscriptionis morale huic redit: In schwach in groß und klein, vom herrn ist allein, der Sieg, etc. Septimum locum pictura occupat historia Abrahams, Isaacum, sacrificium Deo offerten cum inscripta uoce: Glaub, Subscriptio hoc morale tradit: Abraham Gott mehr vertraut, als auf eigen weisheit baut etc. Octavum spatium consciendum praebet factum Dionysii Tyranni, qui cuidam, illum felicem adserenti ensem alligatum setae equinae capite super imposuit, Subscriptionis sensus huic redit in monito morali: Ob dem das schwerdt hängt, Wer unrecht drangt, So hoch er prangt. Hanc excipit nona, historiam repetens, quam Livius L.II. art. 73.-77. refert de Caio Marc. Coriolano, qui cum Volscis, Urbem Romanam oppugnauit, cuius mater et uxor supplices pacem petierunt, inscriptio haec legitur: heimlicher Reich, Subscriptio sicut matris petitum, ut Romanum reueteretur et omne odium deponeret. Huius parietis ultima pictura sicut Rehabeamum, consilio iuniorum amicorum obtemperant, cum inscripto addito: Kindischer Rath, Subscriptio respicit factum Rehabeami stolidum. Super octavo et nono spatio huius lateris duae picturae conspici poterant, una, quae tres viros Romanos confilia pro salute publica capientes repreäsentat, cum inscriptione: Gemeiner Nutz, In subscriptione leguntur nomina celebratorum horum Vitorum, Lucius Mutius, Scipio Africanus, et Paulus Aemilius, cum morali addito: der drey hauptleuten ehrlich thut, zu gemeinem Nutz gerechtes hat; altera pictura exhibet tres alias Viros Romanos, inimica contra Romanum confilia incuentes, cum Inscripto: Eigennutz, in subscriptione nomina horum adposita: Caius Marius, Caius Verres, Marcus Marcellus, addito Morali: durch tyranney, falschheit, eigennutz, bey diesem das Volk viel zu kürz. His iungenda est pictura in eodem latere, quae sicut tres Magos, et quidem ad dextram plani horologii, Saluatorem mundi quacentes, ad sinistram dona Salvatori offerentes, cum inscriptis ipsorum nominibus: Melchior, Caspar, Balthasar. Super spatio octavo appareat schedula, cum inscripto: anno 1540, ex quo inscripto anno colligi tute potest, has eodem tempore picturas fuisse elaboratas. Portae superiora legenda exhibent haecce: Nicht nicht auf jedes flag, du hörst dann was der ander sag, addito: 1540, quod conjecturam antea adlatam confirmat. Misso iam hoc latere, oculos convertenti in Septentrionem conscienda exhibetur historia, quam refert Livius L.V. de Marco Furio Camillo, qui Ludimagistrum urbis Feretrii dictae, qui civium nobilium liberos in hostium manus perduxit, pueris hisce vincitum ac virgis caedendum tradidit, atque ad oppidanos perfidium proditorem remisit. Inscriptio est haec: Kriegs Erbarkeit, ex subscriptionis uerbis hoc noratu dignum videtur Morale: Junge des Weisen bald, Schlagen weil er

ein Schaff. Proxime adstat historia, quam Livius L.II. artic. 18. et 19. de Caio Mutio Scaevola memoriae prodidit, qui, cum castra regis Porrennae clam intrasset regem intersecturus, in caede uero aberrasset scribamque regis interfecisset, manum accenso ad sacrificium foculo iniecit, atque hoc facto ostendit, se maximis cruciatibus eo non compelli posse, ut Romanorum arcana aperiret consilia. Inscriptio uerba: Mannlich Ehnhheit. Subscriptio factum Scaevolae laudat. Hanc excipit pictura, sicut factum Traiani imperatoris, quo suum filium viduae, cuius filium equo conculcauit, atque occidit, tradidit, cum inscripto titulo: Gerechtigkeit, ex subscriptis uerbis Morale notandum: Weiß, willst recht von mir, wart ich komm wieder hier, Traianus Urtheil fällt, Sein Sohn dem Weiß zufällt. Huic proxime iunctam conspicimus historiam, quam Livius L.VIII. art. 19. refert, de Tito Manlio, consule et duce, qui filium suum ob certamen cum hoste, iniuris atque incisiis exercitus ducibus, initum capite plecti iussit, cum Titulo: Gehorsam. Subscriptionis Morale eo redit: die Pflicht nicht überschreit, ob schon gewonnen der freit.: Hanc excipit alia pictura, qua aliquot Judices ad mensam confident, et de sententia ferenda disceptant, cum subscriptis: Jeder will haben waar, doch alles um fremdes haar. Post hanc conspicitur alia, qua pupillorum curator ad abacum sedens reddit pupillis coram illo stantibus: cum inscriptione: Pflicht, et subscriptione: des Pflegkinds Guet, der Wurmund verthuet. Huic proxime iungitur pictura spatio minore, quae araneam tela extendentem ostendit, in qua muscae minores haerent, crabrones uero ruptis telis vagantur, rationem picturae suppeditat subscriptio: Allein, die klein, quibus uerbis concisis morem damnant Maiores, quo pauperes censura uexantur, potentiores uero atque ditiores impune praeuaricantur. Post hanc oculis subiicitur pictura, qua quaedam persona utraque manu linguas tenet, cum subscriptis verbis: die Junge stift, guets und Gifft. Latus hoc claudit pictura, qua Vir in ponticulo periculofo incedit, cum subscriptis: Auf hohem Steeg, der Sorge Pfleg; Parietes uero uerus Meridiem et occasum ira sunt uetustate obscurati, ut vix quasdam passim colorum maculas ostendant. Parerga, quod spectat, quibus picturarum spatia distinguuntur, arcuatum opus ostentant, bonae inventionis atque elaborationis. A parietibus pedem converturnus ad conclave, in quo Senatus illustris concilium convenit, ac varia notata digna reperiuntur, quae tum antiquitatem tum animos Maiorum in sacra pios produnt. In Fenestra enim versus Meridiem spectante supersunt insignia nitide in vitro picta, subiectis eorum nominibus, qui Anno 1561. dignitate senatoria excelluerunt. Subscripta Verba haec leguntur:

Es stirbt der Herr mit samme dem Knecht
Der from und auch der ungerecht
Und Niemand wird am Morgen geben
Zu wissen dieses abends leben,
Und eh der Mensch dis recht besinnt
Stund tag und Jahr vergangen sind.

In subfelli lignei margine insculpta leguntur haecce verba:

Mich thut nicht wüns erschrocken
Denn der Erd bedecken
Und das legt aufwecken

O Mensch urtheilt nicht jedermann
Sieh dich vor selber an
Wer guts weißt und arges thut
Der fundigt mit verdächtem Much:
K 3
Intranti

Intranti hoc conclave se conspicendas praebent Tabulae pictae et quidem a dectis
Tabula prima Superiore sistitur factum heroicum ex hist. Rom. cum subscriptis uerbis:

Huc properate Senes tremulam aspicitote figuram
Gnatus et ecce, pater, hic necat, ille perit
Exxit hic patrem, maneat ne crimen inultum
In cassum ille pias ingeminatque preces.
Nec scelus insurgat virtuti atque infima summis
Maluit hic patrias commaculare manus.
Iudex, qui bonus est, frontem non complicat hosti
Nec caro planat, omnibus unus erit.
TOLLE NEFANDA.

In secunda tabula subscriptio facile picturam interpretatur, quae haec est:

Prob! mortalis, fugit irreparabile tempus
Et uenit irati iudicis hora breuis
Singula distribuet iustus Deus ordine certo
Quem nostrum merito pellit ad arma nephas
Tecum habita, menisque tuae penetralia lustra.
Ne sceleris minimum quid superesse finas.
Ut valeas laetus tumba confurgere tristi
Tempore iudicii mox resonante Tuba.
LAPSE. RESVRGE.

In tertia tabula subscripta uerba declarabunt picturam, huius tenoris:

Hinc capiat normam iudex, ne perlitus auro
Iudicium rectum depudicare uelit
Nec timeat quenquam cilio licet imperet alto
Quo minus aut iuste vel sapienter agat
DISCITE AVARI.

A sinistris Tabula prima superior ex historia Romana factum quoddam ex subscriptis
uerbis satis clarum conspicendum exhibit, uerba hujus sunt sententiae.

Magnum Pharsalico Caesar certamine uictum
Arida Niliaci pellit ad ora soli.
Romulidesque potens tenuit sceptrum atque tribunal
Tutus et esse nequit vulnera, morte simul.
Improbis, quid certas sapiens et magnus haberi
Non manet in terris gloria blanda diu
Viue Deo, mundi laudes fuge, spernite honores
Sic poteris nomen perpetuare tuum.
HOMO BVLLA.

Media Tabula picturam ex facris desumptam exhibet, cuius rationem ex subscriptione
cognoscimus, quae haec est:

Non mireris homo, veniunt ac bella cruenta
Vel morbi exsangues, Deuacionis aquae.
Nec superos fecisse putas, quod tu facis ipse,
Phas cole, tolle Nephas, credito tutus eris
Namque Charybdeas iam iam ruitura sub undas,
Et fletit timidum Cyma Petraea latus.
Crimina nostra volunt, quia mox celantibus ipsis
Fit mare tranquillum et nauita Christus erit.
NIL SINE CAVSA.

Tertia Tabula exhibit historiam Romanam, ex subscriptis facile diuinandam, quae sunt:

Scipio magnanimus patriae defensor amatae
Nobile cui nomen Aprica vita dedit.
Hic trepidos patres gladium vibrando minacei
Non sicut Latii linquere testa soli
Qui cupis, ecce, Fouj summo tua uota litare
Vel saltim nomen posteritatis amas.
Nativam terram et fidos defende penates
Dum vitam dicit venula parua tibi

DII BENE VORTANT.

Lateris oppositi picturæ haec exhibent subscripta:

Wer helffen will regieren eine statt,
Der felz daß er brauch guten rath
Beständigkeit der Regiment
Durch gleich Urtheil wird recht erkent.

Sub alia pictura leguntur haec uerba scripta, picturam exponentia.

Durch Frechheit, Ehrgeiz, Übermuth
Bergoßen wird viel Römischt blut
Darob männlich Emilius.
Sein Leib und Leben lassen mus
Deum frechheit, Ehrgeiz offtmal trennt
Von Gott wo g'ordnet Regiment.

Ultimae picturæ subscriptio est huius sententiae:

Regulus ein Mannlich heyd
Seinem feind hält geschworenlyt
Darüber leidt groß Schmerz und Pein
Wie man hier sieht zugegen sein
Darum lern Christ, dem lieben Gott
Zu halten, was du ihm gelobt.

In extrema denique parietis parte a latere fornacis apparet pictura, cuius subscriptio
sequens est. *Jam proximus ardet.* Et sub alia pictura uicina : haec leguntur scrip-
Vix memor lethi, fugit hora.
Picta in pauimento corona imperatoria hanc exhibet subscriptionem :

Tollat, qui te non noverit.

Super foribus apparent a latere dextro Plani, in quo Index horol. autom. voluitur, duae
columnae ad litus Oceani erectae, cum subscr. *Plus ultra. A. 1551. Ren. 1661. & 1671.*
Supereffent quidem et alia urbis nostrae aedificia, quorum parietes picturis nitidissimis
sunt exornati, sed cancelli huius scripti non permittunt, ut eas possimus specialius
exponere. Has igitur initimus et cuius facile scrutandas relinquimus. Dolendum
interim est, quod picturae parietum uetusitate ad ultimum consumtae euanescent, et
renovationem uix admittant, et hinc obsolescant, cum maximos suntus exposcant.
Hoc idem fatum accedit picturis coloribus aqua, glutine et albumine tintis, quibus
ueteres pictores usi fuerunt, quorum tamen opera sunt celebrata, et digna iudicata,
quae in conclauibus exornandis adhiberentur, quorum tamen usum mox abrogauit
pingendi mos coloribus oleo ex semine lini expresso tintis, qui per secula splendorem
atque claritatem fervant, et facili opera renovantur, nitorque pristinus reduci potest.
Huius inventionis gloria omnium consensi (b) tribuitur pictori in Germania inferiori

(b) *v. gr. Vafari, Caroli Dati, Baglioni Soprani, Pietr. Bellori, Cornel.*
de Bie, Felibien et Sandrati, qui vitas celebriorum pictorum exposuerunt.

celebri, Johanni von Eyt, cui Mafseykensi, qui postea ab urbe Bruggensi, ubi ver-
satus est, nomen Johannis von Drügge accepit; Hic igitur pictor, circa medium
seculi decimi quinti florens, suae arti strenue intentus de medio quodam inueniendo
cogitauit, quo coloribus aqua, glutine et albumine tintis maiorem splendorem con-
ciliaret, et ut in secula perdurarent picturae, tegumento quasi eas muniret. Haec
talia meditanti se casu obtulit modus oleo ex feminibus lini expresso colores tingendi,
quo inuento omnibus suae aetatis pictoribus palmarum praeripuit, et hoc facto auctor
huius artis novae exstitit, quem deinde omnes pictores imitati sunt, quorum opera
iam hodie magno pretio emuntur, et undique colliguntur, in primis si picturarum
colores, et compositio ingenium excellentis pictoris produnt. Haec de externis
parietum ornamentiis praemittere placuit, ut cum proposito conspirent, quo duobus
supremae Classis discipulis animus est Ornamenta Templorum, quorum quaedam a
commilitonibus iam iam exposita sunt, persequi et in praesentiarum de altaribus eorum
que ornamenta proximo Martis die sermones facere, profectusque fuos publice com-
monstrare. Utriusque morum modestia, in uita agenda pietas, et in primis in litteris
atque scientiis, quibus juvenilis aetas impertiri solet, discordis solertia atque studium
laudes merentur. Horum prior est, IO. GEORG. Klein, honesti ciuis atque
Sutoris TOBIAE Klein filius, qui de altarium Ornamentiis et occasione horum de
liberis illis, quos olim dixerint Mantel Rinder, quaedam in medium proferet.
Alter uero est IOH. IAC. Kraiß, honesti ciuis et olitoris IOH. IAC. Kraiß filius,
qui de altaribus, Templorum Ornamentiis sermones habebit. Et cum spes non desit,
flore, ut res suas agant feliciter, Macenates, Studiorum Patronos atque Fautores,
quo par est obseruantiae cultu rogo, ut splendidissima sua praesentia actum hunc
Oratorium condecorare, novellosque Oratores ad altiora exstumulare velint.

P. P. in Gymnas. Vilmensi a. d. III. Iun. A. R. S. H.

M D C C L X V I.



O